

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

**LOG Id:** LOG\_0089

**LOG Titel:** Caput Quinquagesimum Secundum. Adiantum volubile. Capey. - Twee en Vyftigste Hoofdstuk. Het flingerend Adiantum

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Quidam etiam fuerunt, qui hanc pro *Saxifragia Anglorum* habebant, ac radices in decoctis adhibebant, quæ contra Nephritidem præparabant, sed quantum novi sine successu. Hitoënses vulnerariam esse putant herbam, recentia enim masticata folia vulneribus inponunt recentibus & levibus. Tertia speciei quidam utuntur pro vero *Adiantum nigro*, totamque aquæ incoquant herbam, quam frigescere sinunt, qua caput lavant, ut capilli excrecant cum successu quodam.

### Tabula Trigesima secunda

Ad Figuram primam *Dryopteris* exhibet arboream.

Figura secunda *Adiantum* exhibet volubile minus, ac quidem tertiæ speciei ramus est inferior, quum Fig. 3. sit ramus superior, cumque hoc *Adiantum* convenit *Filix scandens*, perpulchra, *Brasiliana Breynii Centur. pag. 96.* & *Tsjeria Vallipanna H. Malab. part. 12. Tab. 34.*

## CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

### *Adiantum volubile. Capey.*

**P**eculiaris herba in hisce occurrit insulis, quæ ambigit inter *Adiantum* & *Hemionitidem*, ab utroque tamen differens, ita ut pro peculiari eam habeamus plantam, cujus folius sapor testatur ad *Filicum* genera pertinere, atque decimam ipsorum constituit speciem. Vulgo dividitur in majus & minus. Atque quodvis iterum subdividitur in suas varietates, sed ad meliorem cognitionem tres ejus constitui primarias species sequenti modo.

Primo. *Adiantum volubile polypoides*, prima species est, major cognominata, quæ caules gerit rotundos, longos, & volubiles, qui instar fili proximis sese circumvolvunt fruticulis, in nullos laterales ramos distincti, sed in amplis intersitiis locantur pinnæ foliosæ, binæ ac binæ directe sibi oppositæ, quævis autem folium gerit, in quinque longas lacinias distinctum, ita ut quævis lacinia peculiare formet folium, suntque instar quinque digitorum extensæ.

Quodvis folium sex, immo novem pollices longum est, ac bifidum, inferior pars digitum longa est, ac transversalem lata, vulgaris *Filicis* formæ, & instar *Lonchitidis* firmum, glabrum, ac subtilibus transversalibus venulis pertextum, orisque æqualibus. Superior & longior pars angusta est cauda, oras gerens circinnatas & dentatas instar fimbriæ, seu instar barbæ piscis *Polypi*.

Cuncta folia in medio firmum gerunt nervum, cunctique quinque inferius prope majorem concurrunt caulem, unde folium tensum est, sed ipsorum caudæ flaccidæ sunt. Sapor fatuus est, ac parum *Filicinus*. Caules seu funis nudus est, rotundus, pennæ crassitiem habens, adeoque lentus, ut neutiquam diffringi possit, sed vi & magno labore abrumpi. Radix fibrosa est, non ingens, sed firmiter terræ infixæ.

**Nomen.** Latine *Adiantum volubile polypoides*; *Malaise* & *Amboince Capey gorita*, in *Loehoea Rabey* & *Ribey*, uti & subsequens species.

Secundo. *Adiantum volubile medium*, similis quoque est rotundus & longus funis, pennam crassius, & infragilis, cui ad unius alteriusve spithamæ spatium bini insident foliosi caules, quorum quivis folium gerit profunde dissectum, & in quinque lacinias distinctum, quarum tres peculiarem formant collectionem, ac binæ aliæ breviores sunt, octo & novem pollices longæ, ultra unum latæ, glabræ, æquales, & firmo medio nervo extensæ, densis & parallelis costulis pertextæ, a prioribus diversæ, quum non istas longas gerunt in lacinias caudas. In hujus funis superiore parte tres modo quatuorve laciniae excreant, & in summo binæ tantum in uno conspiciuntur folio, quæ sese tempore in alias distinguunt lacinias.

Radix est uti prioris. Huc pertinet altera species a præcedente haud multum differens, excepto quod folia in septem & octo lacinias sint distincta, ac subtus eleganter picta nigricantibus lineolis, acsi scripta essent.

Nomen.

Daar waren ook eenige, die het voor een *Saxifragia Anglorum* bielden, en de wortelen onder de dranken namen, die ze tegens 't graveel toe bereiden, dog zoo veel ik weet zonder succes. De Hitoësen willen een wondkruid daar uit maken, leggende de gekauwde bladeren, op versche en ligte wonden. De derde soorte gebruiken sommige voor 't opregte *Adiantum nigrum*, en kookten 't geheel kruid in water, 't welk ze kout laten werden, en het hoofd daar mede wassen, om het baair te doen groeien, 't welk nog al eenige succes heeft.

### De twee en Dertigste Plaat

Wyft aan in de eerste Figuur het *Boom Dryopteris*.

De tweede Figuur vertoont het kleine slingerend *Adiantum*, en wel den tak van de onderste bladeren, daar de derde Figuur is een takje van de voorste bladeren, en met dit *Adiantum* komt overeen de klimmende zeer schoone *Brasiliaansche Vaare van Breyn. Centur. pag. 96.* en de *Tsjeria Vallipanna* van de *H. Malab. 12. deel, Tab. 34.*

## TWEE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

### Het slingerend *Adiantum*.

**D**aar is nog een zeltzaam gewas in deze Eilanden, 't welk twyfelt tusschen *Adiantum* en *Hemionitis*, dog van beide zoo verschillende, dat ik 't voor een byzonder gewas houde, en waar van alleen de smaak getuigt, dat het onder de *Vare* geslagten behoort, uitmakende de tiende soorte van dezelve. In 't gemeen verdeelt men 't in grootte en kleine. Zynde ieder weder onderdeelt in zyne veranderingen, dog om beter verstants willen heb ik 't in drie hoofdzooten verdeelt, zoo als volgt.

I. *Adiantum volubile polypoides*, is de eerste soorte de grootte bygenaamt, dewelke heeft ronde, lange, en slingerende steelen, die zig als een touw om de naaste ruigten vlegten, en in geene zydetakken verdeelen, maar aan wyde tusschenplaatsen staan de bladdragende steelen, twee en twee regt tegens malkander, ieder dragende een blad, in vyf lange snibbelen verdeelt, zoodanig dat yder snibbel een byzonder blad maakt, die als vyf vingers uitgebreid staan.

Ieder blad is ses en negen duimen lang, in tweeën gedeelt, de agterste helft is een vinger lang, en een dwersvinger breed, van gemeene *Vare* satzoen, als *Lonchitis*, slyf, glad, met subtiële dwersaartjes, en evne kanten, de voorste en langste helft is een smalle steert, met gekrulde en gekertelde kanten als franjen, of als de baarden van den vis *Polypus*.

Alle bladeren hebben in de midden een styve zenuwe, alle vyf agter by den hoofdsteel zamen stootende, en het blad gespannen houdende, maar de staarten hangen slap. De smaak is laf, en weinig na *Varen* trekkende. De steelen of het touw is kaal, rond, in de dikte van een schacht, en zoo taai, dat men het geenzints doorbreken kan, maar wel met kragt en groot geweld afrukken. De wortel is vezelig, niet groot, maar vast in de aarde houdende.

**Naam.** In 't Latyn *Adiantum volubile polypoides*; in 't Maleits en *Amboins Capey gorita*; op *Loeboe Rabey* en *Ribey*; gelyk ook de volgende soort.

II. *Adiantum volubile Medium*, is ook een diegelyke ront, en lang touw, een schacht dik, en onverbrekelyk, daar aan wel een span of twee van malkanderen, twee bladdragende steelen staan, yder dragende een blad diep gesneeden, en in vyf lappen verdeelt, waar van de drie een byzondere vergaderinge maken, en de twee andere kortere, ook agt en negen duimen lang, ruim een breed, even, glad, met baar styve middelzenuwe uitgerekt staande, met digte parallelle ribbikens doorrege, van de voorgaande verschillen ze hier in, dat ze de lange steerten aan haar snibbelen niet en hebben. Aan het voorste van dit touw ziet men maar drie of vier snibbelen, en aan 't allervoorste ziet men maar twee aan een blad, die zig met ter tyd in andere verdelten.

De wortel is gelyk aan 't voorige. Hier toe behoort nog een soorte, van de voorgaande niet veel verschillende, behalven dat de bladeren in zeven of agt snibbelen verdeelt zyn, en van onderen aardig geschildert, met zwartagtige linien, als of ze beschreeven waren.

K 2

Naam.



*Nomen.* *Adiantum volubile medium*; Malaice & Amboinice *Capey bejaar*; in Loehoea *Rabey & Ribey ela*; Ternatice *Gomubo & Gumuba*. Secunda species majoris dicitur *Capey tullis*; Ternatice *Gumoba gogila*; Baleyice *Hatta*.

Tertio. *Adiantum volubile minus*, funis quoque est volubilis, multis tenuibus flagellis sese circa frutices circumvolvens, haud multo crassior filo ligatorio, binasque habet varietates. Prima caules gerit ex nigro fuscos, qui sese dividunt in alios laterales, quibus in amplis interstitiis bina locantur folia sibi obposita, & transversalia, acsi petiolis suis inposita essent ipsis, quodvis sese quoque dividit in tres vel quinque lacinias, tenues admodum & angustas, digiti articulum longas, ad oras fimbriatas, hæ autem fimbriæ magis in superioribus conspiciuntur foliis, inferiora autem & vetustiora simplicia sunt, & a superioribus ita differunt, ut binæ diversæ haberentur plantæ.

Altera varietas caules gerit pallide virentes, ac folia simili modo locata, sed minora, aliusque formæ, illis *Adianthi* magis adcedentia, non enim ultra unguem magna sunt, ac fere trigona, seu instar *Trifolii*; bina ternave simul locata, nec fimbriata. Inferiora ac vetusta longiora & angustiora sunt, minorem fere digitum longa, hic & illic in minores lacinias distincta, ita ut superiora & inferiora tanquam diversarum plantarum haberentur. Utræque radicem gerunt fibrosam, terræ firmiter infixam, adeoque foliosæ sunt, ut herbas penitus tegant, quibus incumbunt.

*Nomen.* Latine *Adiantum volubile minus*; Malaice *Capey papua*, & *Capey alus*; Ternatice *Gomoba papua*; in Loehoea *Sickey*; Baleyice *Pacu rambat*.

Alii hoc *Capey* modo dividunt in majus & minus, sed majus subdividi oportet in tres species, & minus in binas.

*Locus.* Omnes hæ plantæ sub fruticulis crescunt humilibus, quibus sese firmiter circumvolvunt, pictæ & circinnatæ ad fluminum ripas amant crescere, ubi locus est umbrosus, & densus per fruticulos. Minus in hortis & ad sepes provenit. Transplantari etiam potest, si cui lubet.

*Ufus.* Binæ majores species eundem habent usum, inferiores enim funes eliguntur, in frusta scinduntur orgyam longa, finduntur, ipsorumque interna viridis medulla eximitur & abjicitur, cortex dein in tria quatuorve finditur loramenta, quibus stramineæ capsulæ *Totombo* dictæ, nostratibus vero *Tomtommen*, uti & corbes, similiaque nexa opera ad oras consuntur vel prætexuntur, hæc enim loramenta durabiliora ac solidiora censentur quovis ligaculo, atque hæc fissa seponi & servari possunt. Minores species huic operi ineptæ sunt, sed adhibentur in nuptiis & diebus festis ad ædium postes & arcus festales ipsis ornandos, quum speciosa sit herba.

Multi Chirurgorum nostrorum minore utuntur specie loco *Capilli veneris*, quo nomine illam etiam denotant, sed meo iudicio sine ullo fundamento, ad species enim *Hemionitidis* pertinet, cujus in Europa unica quoque reperitur species, incisa gerens folia. Cæterum tam major quam minor in Medicina etiam adhibetur, utriusque enim folia contunduntur cum paxillo *Curcumæ*, aqua salsa, & cellulis nidi *Vesparum*, quæ bono cum successu inponuntur artibus luxatis & combustis.

Inquirendum est, an non sit una eademque planta cum *Mippi*, seu *Caja baba*, quæ in India Occidentali & quidem in Brasilia crescit, & commemoratur a *Dodoneo* in Appendice Cap. 30. pag. 1440. scribens parvam esse herbam, circa arbores sese volventem instar *Convolvuli*, ipsiusque virides ac teneras plantulas conscissas contusis & fassis inponi artubus, qui inde curantur, immo ipsa fracta ossa. Quidam etiam dicunt, internas fibrillas, ex quibus hic conligitur funis, in Brasilia adhiberi ad trabulas connectendas.

Cunctarum *Capay* specierum teneros circinnos seu cymas eligunt Baleyenses, antequam in folia explicentur, quas Musæ folio involvunt, sub cineribus torrent & edunt, dulce enim præbent olus.

*Boulton. libr. 37. cap. 9. Phyllitis polycipes* Lacinia Clusii folia habet, quorum mucro in multos apices divisus est, quæ convenit cum nostro *Caprey* majori.

*Naam.* *Adiantum volubile medium*; in 't Maleits en Amboins *Capey bejaar*; op *Loehoe Rabey*, en *Ribey ela*; op Ternaten *Gomuh*, en *Gumuha*. De tweede zoorte van 't groote beet *Capey tullis*; op Ternaten *Gumoha gogila*; in 't Baleyts *Hatta*.

III. *Adiantum volubile minus*, is ook een zeldzaam gewas, met vele dunne ranken, zig om de ruigten slingerende, niet veel dikker dan bindgaarn, en heeft twee veranderingen. De eerste heeft zwart-bruine steelen, die zig in andere zydesteelen verdeelen, waar aan in wyde tusschenplaatzen, ook twee bladeren tegens malkanderen staan, en regt dwers, als of zy met bare steelen daar op gelegd waren, ieder verdeelt zig mede in drie, of vyf snibbelen, die zeer dun, en smal zyn, een lid van een vinger lang, aan de kanten met zeer gekrulde franjen bezet, dog deze franjen ziet men meer aan de voorste bladeren, want de agterste en oudste zyn schier slegt, en verscbillen van de voorste, zoo dat men 't voor twee planten zoude aanzien.

Het tweede heeft ligt-groene steelen, en de bladeren in diergelyke situatie, maar nog kleinder, en van een ander satzen, die van *Adiantum* nader komende, want ze zyn niet boven een nagel van een vinger groot, schier driekantig, of als klaverbladeren, twee en drie by malkanderen staande, en zonder franjen. De oudste agterste werden langer en smalder, schier een kleine vinger lang, ook hier en daar in kleindere lapkens verdeelt, zoo dat men de voorste en agterste mede voor diverse plante zoude aanzien. Beide hebben een vezelagtige wortel, die vast in de aarde boud, en zyn zoo dicht beblad, dat ze de ruigte bedekken, daar ze op leggen.

*Naam.* In 't Latyn *Adiantum volubile minus*; in 't Maleits *Capey papua*, en *Papey alus*; op Ternaten *Gomoha papua*; op *Loehoe Sickey*; in 't Baleyts *Pacu rambat*.

Andere verdeelen dit *Capey* maar in groot en klein, dog het groote moet men onderdeelen in drie zoorten, en het kleine in twee.

*Plaats.* Alle deze gewassen vint men onder de laage ruigte, daar ze zig vast omslingeren. De geschilderde en gekrulde willen aan de kanten van rivieren wassen, daar 't schaduwtig, en de ruigte wat dik is. Het kleine komt ook in de tuinen, en langs de beggens op. Het laat zig ook verplanten, als men wil.

*Gebruik.* De twee groote zoorten hebben eenderlei gebruik, want men neemt de onderste steelen van het touw, snyt die in stukken van een vadem lang, slyt die open, en trekt het binnenste gras-groen, en weke berte uit, dat men weg smyt, de schorze slyt men in drie of vier riemen, waar mede men de strooye koffertjes *Totombo* genaamt, en by onze *Tomtommen*, als ook korven, en diergelyke goet aan de randen benaait, of omzoomt. Want men deze riempjes voor vaster en durabelder boud, als eenig ander bintwerk, men kan de opgespleete riempjes wegleggen, en bewaren. De kleine zoorten dienen hier toe niet, maar werden gebruikt op *Bruyloften* en *Feestdagen*, om de stylen der huizen en *Feestbogen* daar mede te behangen, dewyl het een sierlyk gewas is.

Veele van onze Chirurgen gebruiken 't kleine voor *Capillus veneris*, dewyl zy 't ook zoo noemen, dog mynes oordeels zonder fundament, want het behoort onder de zoorte van *Hemionitis*, van welke men in Europa ook een zoorte vint met gesnibbelde bladeren. Anders zoo wel het groote als 't kleine werden ook in de Medicynen gebruikt, want men neemt de bladeren, stoot die met een weinig *Curcuma*, zout water, en celletjes van een *Wespen-nest*, dewelke men met goed succes op verstuikte en geblutste leeden bind.

Het staat te bezien, of het niet een en 't zelve zy met het *Mippi*, of *Caja baba*, 't welk in *West-Indien* en *Brasil* waast, en aangebaalt staat by *Dodoneus* in zyn Appendix Cap. 30. pag. 1440. schryvende, dat het een klein kruid zy, zig om de boomen begtende als *Veit*, en zyne jonge groene struiken klein gestooten, op de gekwetste en gepletste leeden gelegd, genexen dezelve, en beelen de gebroke beenderen. Zommige zeggen, dat de binnenste vezelingen, waar van dat touw verzamelt is, in Brasiliën dienen om de balken mede te binden.

Van alle zoorten van 't voorschreeven *Capey*, nemen de *Balyers* de jonge krullen, eer de bladeren hun openen, doen die in een *Pissang* blad, braden 't onder beete asse, en eten 't aldus, want het geeft een zoet moskruid.

De *Phillits polycipes* ingesneden bladeren gevende van *Clusius*, by *Bauhinus* libr. 37. cap. 9. beschreeven, heeft bladeren, welkers einde in veel punten uitloopt, en welcke overeen komt met onze groote *Caprey*.

De








Fig. 1.

Fig. 2.









## Tabula Trigesima tertia

*Adiantum* exhibet *volubile majus*, five *Polypoides*, ac quidem primam ejus speciem, cui proxime adcedit *Phyllitidi* multifidæ adfinis *Filix scandens* in pinnas tantum divisa, oblongas, angustas, non crenatas *Sloan. Hist. Jam. Tom. 1. Tab. 46. fig. 1.*

## CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

*Capillus veneris. Micca miccan utan.*

**U**ndecima inter *Filices* species est elegans ac tenera herbula, cum vero *Capillo veneris* proxime conveniens, ac pro eo habenda. Multi exsurgunt tenues rectique caules una ex radice, vix filii nautarum crassitiem habentes, pedem vel ulnam alti, ex ruffo & nigro colore splendentes, glabri, nudi, interne cavi & fragiles, tenuibus cauliculis, nigro Accarbahar simillimi. Hi sese dividunt inregulariter in plures laterales ramulos, ex ruffo quoque colore nigri & splendentes, quorum superiores adeo subtiles sunt, ut setum equinum vel capillum feminae referant, quivis vero peculiare gerit foliolum, Rutaceum quasi, magnitudine nummi Germanici, sed trigonum, quorum superius latus latissimum est & ibi dentatum, quædam vero profundius incisa sunt, instar *Apii*, ac præsertim tenera, ac præterea juxta oram superiorem rotundis punctulis notata, ut & ruffis quasi oculis, qui sensim nigrescunt, foliolum hoc porro tenerrimum est, tenuissimum, ac læte virens, atque ad quamvis incisionem subtus decurrit subtilis venula per folii longitudinem. Quædam foliola in bina vel tria segmenta profundius incisa sunt instar *Apii*, ita ut incolæ pro ejus specie hanc habeant, ac sic nominent.

Nullum habet saporem nisi leviter *Filicinum*. Radix vilis est, muscosa, ex brevibus, ruffis, & muscosis fibrillis constans, non repens, licet plurimæ semper plantulæ conjunctæ sint.

**Nomen.** Latine *Capillus veneris Amboinicus*; Malaiice & Amboirice *Micca miccan utan*, quasi dicas *Apium silvestre*; quum Amboinenses illum pro hoc habeant, quod tamen erroneum est.

**Locus.** In Amboina raro eum inveni, ac fere solummodo in regione *Lariques*, semper in solo argilloso luteo ad montium pedes, & ad ripas altas ex simili terra constructas, ubi humidum est, & guttæ ex terra exsulant. In monte crescebat, in quo *Lariques* regio sita est, uti & in litore alto haud longe sito a rupe dicta *Cono saccharario* nostratibus. Quæ in acutis & præruptis crescit scopulis, crassiora & firmiora gerit folia, magisque incisa, cum *Dryopteris* convenientia.

**Usus.** Quum tam raro reperiatur, usus ejus apud incolas ignotus est, sed puto in omnibus rebus posse adhiberi loco veri *Capilli veneris*.

## Tabula Trigesima quarta

Ad Figuram primam *Capillum Veneris* exhibet *Amboinicum*, cum quo convenit *Adiantum fruticosum*, *Coriandri folio*, *Jamaïcense*, pediculis foliorum politiore nitore nigricantibus *Plukn. Almag. pag. 10. & Phyt. Tab. 254. fig. 1.* & *Adiantum ramosum* pediculis lucidis & nigris *Plum. Tab. 95. de Filic. Amer.*

Figura secunda *Dryopteris* sinit *campestrem*.

## De drie en Dertigste Plaat

Vertoont het groote slingerende *Adiantum polypoides*, en wel de eerste soorte daar van, aan welke het naaste komt de Vaare, gelyk aan de veel verdeelde Hartstong, verdeelt in langwerpige, smalle, en niet getande bladen van *Sloan. Hist. Jam. Tom. 1. Tab. 46. fig. 1.*

## DRIE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

## Het Venus-baair.

**D**e elfde soorte onder de vare Kruiden, is een schoon en teer kruidje, met de regte *Capillus veneris* naaſt over een komende, en ook daar voor te houden. Daar schieten veele dunne regte steelen uit eene wortel, schaars zoo dik als een zeilgaarn, een voet, of een elle hoog, uit den rossen, en zwarten blinkende, glad, kaal, binnen bol, en breekzaam, de dunne ryskens van 't zwart Accarbahar beel gelyk. Deze verdeelen bun zonder order in veele zydetakjes, mede uit den rossen zwart-blinkende, waar van de bovenste zoo zuhtiel zyn, als een paard-baair, of vrouwenbaair, ieder draagt een byzonder blaadje als van een Ruite, in de grootte van een Duitzen penning, dog driexydig, waar van de voorste de breedste is, en aldaar gekerft, zommige ook dieper gesneden als een *Apium*, inzonderheid de jonge, en daar en boven langs de voorste zyde, met rondpuntjes, en roſſe oogjes bezet, die met 'er tyd zwartagtig werden, voorts is het blaadje zeer dun, teer, blyde-groen, en na yder kerfje loopt van onderen een zuhtiel adertje, in de lengte van 't blad. Zommige bladeren zyn twee of drie deelen dieper gesneden, als een *Apium*, zoo dat het de Inlanders voor een mede soorte daar van aanzien, en ook zoo noemen.

Zy hebben gants geen smaak, dan een weinig na Varen trekkende. De wortel is gering, mosagtig, van korte, roſſe, en mede mosagtige vaxelingen gemaakt, niet kruipende, hoewel men altyd veele struikjes by malkander vind.

**Naam.** In 't Latyn *Capillus veneris Amboinicus*; in 't Maleits en Amboins *Micca miccan utan*, quasi dicas *Apium silvestre*; dewyl 't de Amboinessen daar voor aanzien, daar in ze nogtans ongelyk hebben.

**Plaats.** Ik heb 't in Amboina zeer weinig gevonden, en schier alleenig in 't District van *Larique*. Altyd op een geele kleigront in 't hangen der bergen, en aan steile oevers van diergelyke aarde gemaakt, daar 't vogtig is, en de droppels uit de aarde sweeten. Het stond aan den berg, daar de *Negorye Larique* op leid, als mede op een steil strand, niet verre van de *Klip zuikerbroodje* genaamt. Het geene op scherpe klippen wast, heeft dikker, en styver bladeren, meer gesneden, en met het *Dryopteris* over een komende.

**Gebruik.** Dewyl het zoo weinig gevonden wert, is zyn gebruik by de Inlanders nog onbekent, maar ik boude het daar voor, dat het in alle dingen mag gebruikt werden, als opregte *Capillus veneris*.

## De vier en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het Amboinsche Venus-baair, waar mede overeenkomt het heesteragtige Javaansche *Adiantum* met het blad van de Coriander, en de steelen der bladeren zwart, glad blinkende van *Plukn. Almag. pag. 10. en Phyt. Tab. 254. fig. 1.* en het takkige *Adiantum* met heldere en zwarte steelen, van *Plum.* over de *Americaansche Vaaren*, *Tab. 95.*

De tweede Figuur verbeelt de *Velt Dryopteris*.